

CAP. 2. nobis applicare debeamus. 15

Et per unius justitiam, in omnes homines  
venit justificatio vite. Quo loco B. Paulus

Adamū & Christum opponit, quasi di-

cat: Cum Adami peccatum omnes ho-

mines reos cōstituerit, quidni justitia

Christi multis partib⁹ illo sit efficaci-

or? quod si peccatū tantū potuit, gra-

tia quanto amplius valebit? Idem Apo-

stolus Christi meritū universale esse &

ad omnes pertinere ostensur⁹, 1. Tim.

2. sic argumentatur: *Unus mediator Dei*

*Et hominū Christus Jesus: qui dedit redem-*

*ptionem semetipsum pro omnibus.* Quod si

verum est, sequitur velle Deum omnes

homines salvari, & ad agnitionem ve-

ritatis pervenire. Eodē pertinet quod

dicitur ad Colos. 1. *Per Christum esse re-*

*conciliata omnia, sive que in cælis, sive que*

*in terris sunt.* Et illud quod extat Rom.

8. *Deus proprio filio nō pepercit, sed pro no-*

*bis omnibus tradidit illum.* In quorū nu-

mero te quoq; computa, quia *Deus non*

*est personarum acceptor*; Act. 10. Sanē si

Christus pro peccatorib. mortuus est,

tu qui inter illos nomē tuum profite-

ris, ej⁹ mortis non potes nō esse parti-

ceps. QUINTUM fundamentū est uni-

versalis vocatio pro manās ex univer-

sali merito Christi: quod sicut pro to-

B 2

tius

Christi  
meritum  
est uni-  
versale.

Vocatio-  
nis uni-  
versali-  
tas.

\*